

Quóniam confortávit se-
ras portárum tuárum : * be-
nedíxit filiis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pa-
cem : * et ádipe fruménti
sátiat te.

Qui emíttit elóquium
suum terræ : * velóciter
currit sermo ejus.


Qui dat nivem sicut lan-
nam : * nébulam sicut cíne-
rem spargit.

Mittit crystállum suam
sicut buccéllas : * ante fáciem
frígoris ejus quis sustinébit?

Emíttet verbum suum, et
liquefáciét ea : * flabit spí-
ritus ejus, et fluent aquæ.

Qui annúnciat verbum
suum Jacob : * justítias, et
judícia sua Israel.


Non fecit táliter omni na-
tióni : * et judícia sua non
manifestávit eis.




Ant. LAUDA Jerúsalem Dóminum.

Prædicti Psalmi dicantur omnibus Sabbatis ad Vesp.,
quando de simplici Sabbato agitur. Antiphonæ vero super
Ps. dicantur in Sabb. ab Oct. die Epiph. usque ad Sabb.
ante Dom. in Ramis palm. incl., et ab Oct. die Corp.
Christi usque ad Vig. Nat. Domini.


Temp. Resurrect. in Sabb. super omnes Ps. dicatur
hæc tantum Antiphona :



Ant. ALLELU-IA, alle-lú-ia, alle-lú-ia. Ps. Bene-



díctus Dóminus De-us me-us, qui docet manus me-as



ad præli-um. e u ó u a e.